

www.e-rara.ch

Tractatus de ecclesia

Du Plessis-Mornay, Philippe

[Genevae], 1599

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1096>

Alias quas adversarii proferunt, notas, puris & impuris ecclesiis communes atque adeo incertas esse. Cap. III.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

colligentur: Ecclesias Christianas suã doctrinã veteri & nouo Testamento definitam, sua etiã Sacramenta Baptismum & Cœnam, signa habere dicimus Quæ igitur Verbi & Sacramentorum purum retinent ministerium, puræ; quæ impurum, impuræ censentur. Romana porrò omnium impurissima, quæ vtrumque tam fœdè contaminarit, vt vix aliquod supersit institutionis Christi vestigium.



ALIAS, QVAS ADVERSARIj proferunt, notas, puris & impuris Ecclesijs communes atque adeò incertas esse.

CAP. III.

VErumenimvero illi ipsi, qui se veris Orthodoxæ Ecclesiæ notis destitutos esse agnoscunt, negant pura verbi & Sacramentorum administratione Ecclesiam dignosci posse, sed externis notis, puta antiquitate, multitudine, locorum & personarum successione, miraculis & reuelationibus: monetarios imitati, qui pseudonomismata quæ procuderunt, non ex auro puro puto cenferi, verùm ad sacoma appendi, & ex sono, forma, colore, quæ omnia adulterari possunt, probari postulant.

Nota adulterina.

Antiquitatem igitur perpetuè nobis repouunt, iuxta illam amici ad Iobum admonitionem, *Interroga obsecro etatem priorem, &*

*Antiquitas.
Iob. 8. 9. &
32. 7.*

Id. 32. 9.

prepara te inquisitioni patrū. Et iterum: Dies lo-
quentur, & multitudo annorum notam reddet sa-
pientiam. Quibus ex eodem loco respondere
promptū esset, non semper honorabiles sunt sa-
pientes, nec senes intelligunt iudicium. Profecto
Spiritus qui est in homine, & inspiratio omnipo-
rentis intelligere facit eos. Sed quoniam ita vr-
gent, fufius ista persequi iuuabit. Hic agi-
tur de sinceritate Ecclesiæ. Ecclesia cymbæ
comparatur, quæ quo diutiùs maria præter-
nauiat, eò sit rimosior: ædificio, quod vetu-
state labascit & sensim corrui: ciuitati, cuius
disciplina facillè deprauatur, nisi subinde ad
initia reuocetur: corpori humano, in quod
annorum accessione deuehitur morborū in-
finitorum colluuias, quum corporibus vel
maximè integris & bene habitis senectus ip-
sa per se sit morbus. Ex vetustate igitur vel
sola omnino coniciendum dico, Ecclesiam
multas sordes & morbos contraxisse, eoque
nomine absque controuersia adferendum
verriculum, & accersendum esse medicum,
nedum vt inde puram esse & Orthodoxam
(quod illi constituunt) colligamus. Iam verò
querò quid ethnicis responsuri sint, suam an-
tiquitatem efferentibus, imò & August. qui
Hierosolymorum initium ad Abelem, Babylonis
ad Cainum, promissionis item ad Isaacum, spu-
riorum ad Ismaëlem etiam primogenitum refert.
Adhæc quid obsecro Christi temporibus Iu-
deis responsuri erant, si veritatem in Eccle-
siâ ex antiquitate metiri oporteat? Se filios
Abra-

Aug. in pl. 64
 l. 1. de bapt.
 con. Donat.
 & li. 5. de ci-
 uit. Dei c.
 8. & 9.

Abrahami profitebantur. Is autem credentium pater celebratur. Genealogias à prima vsque hominis creatione repetebant: vetustissimas fœderis cum Deo tabulas proferebant. At illi antiquitate freti Christum iuxta promissiones exhibitum vt fabri filium, Samaritanũ, Dæmonio obsessum, nouorũ cultuum propagatorem famosum reddiderunt; vt planè sit verisimile nostri temporis Rabbinos, si in illa incidissent tempora, quum iisdem argumentis nitantur, illum quoq; crucifigendum curaturos. Eadem prorsus ratione dicimus Antichristum ex vaticiniorum veritate, iam dilabentem hanc domum Romanæ Ecclesiæ subingressum fuisse, quum in antiquitatis altissimo somno omnes demersi essent, quos vigilare & orare ex Domini præscripto potius oportuit, illius conatus promouisse qui sibi sapere videbantur, omnia denique sursum & deorsum conturbasse. Neque tamen vt reiectum plerique agnoscat, vllis rationibus adduci posse. Iterum peto quid Græcis, Armeniacis, Æthiopicis Ecclesiis sint responsuri, quarum fundamenta iecerunt Apostoli, & quæ Romanæ sunt coætaneæ, imò & primogenitæ, quum Ecclesias Christi constet ab Oriente Occidentem versus propagatas fuisse. Hic si antiquitas puritatis laudè præcipiat, illas esse puras quis inficietur? Si puræ sũt, Latina Ecclesia illarum iudicio & collatione impurissima erit. Sin illæ sunt hæreseos & impuritatis nomine contaminatæ, quales illas

censet Latina Ecclesia, vetustate puritas & ve-
 ritas in Ecclesia non satis aptè confirmatur.
 Quid igitur? Venerandamne antiquitatem ex
 sua sede deturbabim? Immo ipsis aduersariis
 longè honorificentius excipiemus. Sed ita vt
 antiquus ille dierum interrogetur, audiatur,
 & patribus omnibus præeat ex certissimi il-
 lius axiomatis regula, *Primum quodque veris-
 simum*. Quæ quidem eò spectant, si Ecclesiæ
 puritas controuertatur, vt ad verbi Dei exa-
 men antiquitatem reuocemus, immo & ad
 ipsam veram antiquitatem oculos conuertam-
 us: & quos anni prauos humores inuexe-
 runt perpurgemus, & vegetæ iuuentutis in-
 tegritati restituamus. Atque ea demum est
 certa colendæ antiquitatis ratio, vt nos ad ve-
 ræ illius effigiem refingamus, non autem vt
 vetustatis larua obtekti segnescentes putre-
 scamus, tandèmq; omnino pereamus. His
 præsumptionibus antiquitatis verbum Dei
 opponimus. Dixit ipse vrbì Hierusalé quæ de
 præscriptionibus suis coram Ieremia gloria-
 batur, *Hac fuit consuetudo tua à pueritia tua, vt
 non audires vocem meam. Et iterũ, Fily Israël &
 filij Iuda à pueritia sua aliud nihil fecerunt quàm
 malum, idque in oculis meis, nihil, inquam, quàm
 me ad iram prouocare operibus manuum suarum,*
*ait Dominus. Quin & irritamentum fuit mihi
 vrbis illa furoris atque ire meæ, ab eo die quo eam
 ædificarunt, vsque in hunc diem, vt iure eam tol-
 lam è conspectu meo. Propter malitiam filiorum
 Israël & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracũ-
 dianam*

Ier. 22. 21.
 & 32. 30. &c.

diam me prouocantes, ipsi, & Reges eorum, & Principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Propheta eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem, &c. Exprobrauit hæc eis Deus eo consilio vt eos perpetuè à vana illa gloriatione ad bonam frugem reduceret, ab illis suis præscriptionibus, ad legem suam. Magistri nostri regula quam tradit nobis in suo Euangelio eò referenda. Quærebatur de diuortio quod populo Moses ob duritiem cordis concesserat. Accesserat longissimi temporis præscriptio, siquidem Dei decretis præscribi posset. Questionem D. paucis absoluit, *Ab initio non sic erat*, id est, non eiusmodi erat Dei institutio.

Matth. 19. 10.
Marc 10. 6.

Et alibi, *Dictum fuit antiquis, Non occides.* Id vos de homicidio exponitis. *Ego verò dico vobis, quicumque irascitur fratri suo temere, tenebitur iudicio, &c.* Ethnicis Clementi dicebant, *Impium est, si non colamus ea quæ nobis tradita sunt à Patribus nostris, & religionem præuaricamur à maioribus datam.* Hac ratione si cuius pater latro fuit, aut leno, à patribus sibi traditam consuetudinem mutare non debet.

Testimonia Patrum.
Mat. 5. 21.

Idem sentit Iustinus Martyr, *Verè pijs & Philosophi solam veritatem in pretio habere debent: veterum opinionibus si prauæ sunt, insistere detrectantes.* Item, *Si vos æquè ac dementes, veritatem consuetudini posthabebitis, facite sanè quod potestis.* Idem, *Prolixa consuetudo errorem multis,*

In Apol. 13.

In lib. de Mennarch.
Ad Diogenem.

remouenda. Ignatius ait, *Mihi antiquitas leg-*

Tert. de vir-
ginibus vel
dis.

34
 sus Christus, quem non audire manifesta proditio
 est, &c. *Gracè ἀρχαία*. Veritati, inquit Tertul-
 lianus, nemo prescribere potest non spatium tem-
 porum, non patrocinia personarum, non priuile-
 gium regionum. Ex his enim ferè initium consue-
 tudo ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita
 in usum per successionem corroboratur, & ita ad-
 uersus veritatem vindicatur. Sed D. noster Chri-
 stus veritatem se, non consuetudinem cognomina-
 uit. Si semper Christus & prior omnibus, equè
 veritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo
 quibus nouum est quod sibi vetus est. Hæreses non
 tam nouitas quàm veritas reuincit. Quodcumque
 aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis etiam
 vetus consuetudo, &c. Exurge igitur veritas, &
 quasi de patientia erumpe, nullam volo consuetu-
 dinem defendas: ipsa scripturas tuas interpreta-
 tur, quas consuetudo non nouit. Idem, Id verius
 quod prius: id prius, quod & ab initio: ab initio,
 quod ab Apostolis. Cyprianus, Frustra quidem
 qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis oppo-
 nunt, quasi consuetudo sit maior veritate. Idem,
 Non est de consuetudine prescribendum, sed ra-
 tione vincendum. Idem, Consuetudo sine verita-
 te, vetustas erroris est. Relicto errore, sequamur
 veritatem. Idem, Si solus Christus audiendus est,
 non debemus attendere quid alius ante nos fa-
 ciendum putauerit, sed quod qui ante omnes est
 Christus prior fecerit. Neque enim hominis con-
 suetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem: quàm
 per Esaiam Prophetam Deus loquatur, & dicat,
 Sine causa colunt me, mandata & doctrinas ho-
 minum

Adu. Marc.
lib. 4.

Epist. 73. ad
Iubaianum.

Epist. 71. ad
Quintum.

Epist. 74. ad
Pomp.

Epist. 63.

minum docentes. Et iterum Dominus in Euange-
 lio hoc idem repetat. Iustinus Martyr Iudæos In Tryph.
 compellans, *Proprium est, ait, dementium con-*
suetudinem præferre veritati: soli Deo, & solis e-
ius institutis fides habenda est, non humanis tra-
ditionibus. Confugiendum ad Scripturas, ut in o-
mnibus simus iuti. Basilius quum damnaretur
 quòd tres hypostasies in Trinitate agnosce- In Epist. ad
 ret: *Culpandi gratia, inquit, hoc dicunt, quòd sit* Eustathium
contra ipsorum consuetudinem, & Scriptura non Medicum.
adstipuletur. Quid ergo ad hoc dicimus? Non pu-
ramus æquum esse, ut quæ apud ipsos obtinuit lo-
quendi consuetudo, pro lege ac canone habeatur
rectæ doctrinæ. Si enim ad probandum doctrinam
rectam, valet consuetudo: licet & nobis omnino
hac in re illos imitari. Stemus itaque arbitrati
inspiratæ à Deo Scripturæ: & apud quos inue-
niuntur dogmata diuinis oraculis consona, illis o-
mnino veritatis adiudicetur sententia. Chryso- In Genes. c.
 stomus, *Nusquam obsecro consuetudinem inqui-* 30. hom. 36.
ramus, sed ubique quod utile: Et si est bonum,
etiamsi non sit consuetudo, fiat à nobis: & si per- Aug. de Bapt.
niciosum est, etiamsi consuetudo sit, fugiamus & con. Don. li.
auersemur. Hæc verò omnia axiomata appro- 30. c. 6.
 bantur & repetuntur ab Augustino infinitis
 locis, & illis decretum iisdem prope verbis
 auctoritatem conciliat. En tibi Antiquos,
 qui ut veritatem discamus nos ablegant ad il-
 lius Antiquissimi magisterium. Perpetua est
 enim regulæ illius æquitas, Quæ iam ab ini-
 rio non valuerunt, successu temporis valere
 non possunt. Quòd si regibus & ecclesiasticis
In Decreto.
D. 8. can. Ve-
ritate. Can. Si
cõsuet. Can.
Frustra. Can.
si solus. Can.
qui contem-
pta. & c.
Can. Conf.
dist. 11. Can.
mala c. fru-
stra. Can. si so-
las.

L. Quę initio
D. de re. iur.

possessionibus non præscribitur, multo minus & Deo ipsi, & veritati amplissimo certissimóque Ecclesiæ thesauro præscribi potest. Sed quo tandem responso seipfos tuebuntur, si iis dixerimus, idque optimo iure, quod olim Tertullianus Ethnicis idololâtris?

In Apol. c. 6.

Vbi, inquit, Religio, vbi veneratio maioribus debita à vobis? Habui, victu, instructu, sensu, ipso denique sermone, proavis renunciaſtis. Laudatis semper Antiquitatem, & nouè de die viuistis. Per quod ostenditur dum à bonis maiorum deceditis institutis, ea vos retinere & custodire quæ nō debuistis, quā quæ debuistis nō custodistis.

Multitudo.

Exod. 23.

Matt. 7. 13.

Luc. 12. 22.

Nunc age de multitudine dicamus. Difertis verbis cautum est: Non eris post multos ad mala. Item, Ampla est porta quæ ducit ad interitum: ex aduerso: Noli timere pusille grex, complacuit enim patri tibi dare regnum. Adhęc videmus quod ad Ecclesiam attinet, totum mundum in familiam Noë contractum:

Deut. 4. 28. &

9. J. & M. 23.

Paulò post etiam ad Abrahamum Israëliticum populum exinde Dominus adoptauit, ad alias gentes si conferatur perexiguum: Denique ex omnibus populis partem minimam, Christianam videlicet Ecclesiam, quam ea de causa *pusillum gregem* vocat. Quæ

Aug. in psal.

138.

vsque aded vera sunt, vt Aug. Ecclesiam vno Abele, vno Enocho, in vno Noë, & in vno Abraham definiat. Sic enim ille, *Ex quo vocantur Sancti, est Ecclesia in terra, &c. Aliquando in solo Abel Ecclesia erat, aliquando in solo Enoch, aliquando in sola domo Noë, aliquando in solo*

Abra-

Abraham, &c. Ex numerosa igitur multitudine falsi potius quàm veri, & impuritatis potius quàm puritatis præsumptio colligitur, quum in rebus omnibus hominis natura prona in malum feratur, ad bonum autem non nisi violento quodam motu assurgat. Si de numero contendamus, ethnici quolibet in populo plures vni opponent, & vnica nationi nationes omnes. Et in ea ipsa nonnunquam vni atque alteri familiae, familias omnes: quemadmodum Noah temporibus contigit, quibus nobiliores qui filiorum Dei appellatione insigniuntur, tum ipsum Noah, tum ipsius pietatem ludibrio habebant. Quin & in populo Dei electo Samaritani Iudæis, decem scilicet tribus duabus preualebunt, in Iuda autem & Israele prophani piis superiores erunt. Elias enim se solum esse conqueritur: & in Micheam veracem insurgunt 400. Pseudoprophetae. Et Prophetæ *seductum* inclamant, *populum, Reges, Sacerdotes, Prophetas denique ipsos.* Christiana Ecclesia nihilo magis erit numero superior. Illius incunabula sic describuntur, *Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* Quod Paulus ad Romanos Ecclesie Christiane nominatim adaptat. Tum enim in exiguum numerum contractam fuisse legimus, & scholastici ipsi, mortuo Christo, paruo momento, docent, *sola virgine Maria circumscriptam fuisse.* Adulta iam Ecclesia, legimus, mortuo Constantino, quum eiusdem nominis filius,

Genes. 6.

1. Reg. 29. 10.

1. Reg. 22. 8.

Ier. 4. 9.

Isa. 53.

Rom. 10. 16.
& Ioan. 12. 38

Arianorum partibus esset addictus, tam paucos extitisse in medio Christianismo Orthodoxos, ut imperator exprobraret quatuor aut quinque cum suo Athanasio superesse qui pacem orbis vniuersi turbarent. Cui Liberius Romanus episcopus, Nō diminuitur, inquit, solitudine mea verbum fidei. Tres olim solum inuentos fuisse qui Edicto (ipsius nempe Nebugadnetsar) resisterent. Hęc verò sic refert Theodoretus, *Constantius Imperator inquit, Totus orbis terrarum condemnaui scelera Athanasij, sed ipse à primis temporibus omnes eludit. Item, Quota pars tu es orbis terrarum qui solus facis cum homine scelerato, ac mundi totius pacem dissoluis: Respondit Liberius, Nō diminuitur solitudine mea verbum fidei: nam & olim tres soli inuenti fuere qui Edicto resisterent, &c.* Senescente iam Ecclesia scriptura nos admonet quo tempore Christus est venturus (Antichristum autem qui mundum seducat prius immitti oportet) futurum ut neque fidem, neque charitatem in terris reperiat: referent enim illi dies Noe & Lothi tempora, &c. Luna igitur istius Eclipsis vniuersalis erit, terrarum mole inter Ecclesiā & Solem suum ex opposito sita. Quòd si nulla in densissimis istis tenebris alia nobis affulgeat à multitudine Cynosura, exiguo illo numero, sed felicissimo, excludemur? Quid? annon Asiatici Christiani & Africani, qui à Papa sunt alieni, alios numero superant? Iam verò si Papa puras illis Ecclesias concedit, cer-

Lib. 2. histor.
Eccles. c. 16.

Enc. 18 8.

Matth. 24. 32
Luc. 17. 26. &
28.

tè quidem Romana est heretica, quam illi ob varia doctrinæ capita damnant & reiciunt. Sin minus, numerus iam erit infirmissimum puritatis argumentum, quo vel impurissimi quique certare possunt. Gratias tamen quantas possumus maximas agimus D. Deo qui sementem verbi sui benedicit, extremis his temporibus, quem proferre vult fructum ceterisimum & millesimum. Eundemque rogamus vt qui magnam iam partem orbis Christiani iugo Antichristi solutos emiserit, opus hoc in dies promouere dignetur: verum hoc illud est quod contendimus, si quibusdam locis Dominus paucos eruat, *tanquam pastor ex ore leonis duo crura vel articulam unam* (ait Propheta Amos) siue, vt Ieremię verbis vtatur, *asumat unum de ciuitate vna, & duos de tribu vna, quos in restitutam Sion introducat*, non idcirco vocandam esse in ius veritatem, quæ nobis idipsum fore prædixit, nec ingentem numerum veritatis & puritatis notam esse, vt nec exiguum mendacij. Hoc illud est quod asserunt Patres. Iustinus Martyr. *Qui sicut Orthodoxi ceteris non sint numero pares? Resp. Dicitur est de Orthodoxorum paucitate, Multi vocati, pauci vero electi.* Item, *Angusta est porta que ducit ad vitam, &c.* Hoc responso vsus est ad obiectionem quæ ipsi tum temporis facta est. Origenes, de postremis diebus loquens, *Tanta*, ait, *incredulitas in humano genere futura est, vt Saluator noster, qui omnia ventura cognouerat, loqueretur, Putas Filius hominis ueniens in-*

Am. 3. 12.
Iere. 3. 14.

Patres.
qu. 1. in qua.
& resp. ad
Orthod.

Hom. 14. in
Ierem.

Depudicitia. *ueniet fides in terra?* Tertullianus verbis magis expressis: *Ecclesia non est numerus Episcoporum.* Idem, *In uno & in altero Ecclesia est.* Et alibi, *Vbi tres Ecclesia est, etiam Laici.* Gregorius Nazianzenus Arrianos compellans, *Vbi sunt isti qui ecclesiam multitudinem definiunt? Hi habent vulgus, nos Fidem, illi aurum & argentum, nos fidei doctrinam, &c.* Athanasius, *Apud nos ser-uatur puerulus ille quem Herodes occidere satagebat, &c.* Necessum igitur fuit bonos illos Patres his Axiomatis fulciri, quum in suam perniciem Imperatorem ipsum eisdemque subditos armari prospiceret. Et ipse Liberius Papa concutitur, quod nullum finem caperet persecutio. Idem conqueritur Hilarius, *Audiuimus, ait, & vidi vitia presentium, non Laicorum, sed Episcoporum. Nam absque Episcopo Elessio & paucis cum eo, ex maiori parte Astiana decem prouincia Deum nesciunt, atque vitam eum nescirent: cum procliuiori enim venia ignorarent quam obiretarent.* Sic & Hieronymus ait, *Totum Orientem excepto Athanasio & Paulino Arrianorum heresis possidebat.* Hinc fit vt Basilium existimet tempus illud generalis Apostasia aduenisse. Sic enim ille, *Communis animarum nostrarum hostis τὸς ἀποστασίας σὴν ματαιά, deflectionis illius seminaria, qua in iisdem nostris locis coeperunt unde exortum erat, & per totum orbem diffusum Euangelium regni, in uniuersum orbem traucere contendit.* Idem appositè Chrysostomus, *Ex quo heresis impia, qua est exercitus Antichristi, obtinebit Ecclesias, nulla probatio potest*

De pœnit. c. 10.
 In exhort. ad cast.
 In orat. con.
 Arrian.

Cont. Arriā.

In l. de Syn.

Con. error.
Ioan. Hiero.

Epist. 70. de
heresi Arrii
loquens.

In Matth.
Hom. 49.

potest

potest esse vera Christianitatis, nullum refugium
 aliud Christianis volentibus cognoscere verita-
 tem, nisi Scriptura diuina. Aded, ait Hierony-
 mus, erunt confusa omnia, vt, *Regnante An-*
ticristo, redigatur Ecclesia in solitudinem, be-
stius iradatur, & pariatur quaecunque nunc Pro-
pheta describit, aduersus Ninuen, &c. Et ibi
 probat ex Luc. cap. 18. & Matth. 24. *Propter*
rarietatem, ait Theophylactus, *fidelium qui tum*
temporis inueniuntur, quia praeualebit filius ini-
quitatis. Item, *Propter abusionem Antichristi,*
 Durandus, *Proh dolor! quia videtur in Eccle-*
sia verificari dictum Esai. 34. Erit cubile draco-
num, & atrium pullorum struthionum, &c. fufif-
 simè. Et hæc omnia a tate sua euenisse cõque-
 rebatur. Ita vt Vincent. Lyrinensis dicat, *Si no-*
uella contagio totam pariter Ecclesiam comma-
culare, conetur, ad solas Scripturas refugiendum
est, & ad id quod omnibus seculis & ab initio
creditum, & obseruatum est in Ecclesia, &c. Aria-
 nismi autem tempus profert in exemplum.
 Hoc vnum erit remedium, ait Ferus, *Stare ve-*
ra Confessione, etiam si soli aduersus vniuersum
orbem. Et supra vidimus Caietanum Cardina-
 lem presagiisse his nostris temporibus mi-
 nuendum esse numerum Christianorum in Ec-
 clesia, dum exponeret locum qui est apud Lu-
 cam cap. 18. ver. 8. Deinceps locorum & per-
 sonarum sequitur successio, quam successio-
 ni verae doctrinae, quae à nobis in Ecclesia vr-
 getur, opponunt. Quod ad loca attinet, du-
 bium non est, quin Iudaismum sapiat orbem

In Sophon.

In Lucam c.
18.8.

In Matt. 24.

cap. 4.

In Mat. c. 16.

Repetuntur ve-
 rmonia illa
 Feri & Card.
 Caietani ex 1.
 cap. p.
 Caie. in Luc.
 18. 8.
 Locorum succ-
 cessio.

vrbe concludere. Iam enim Ecclesia Hierosoly-
 mis non est affixa, sed in dies experimur eum
 vocari à Deo populum, qui populus nõ erat:
 quemadmodum ex aduerso iusto suo iudicio
 permisit, Ecclesias Christianas in Turcicas
 haras transformari, qualis est Ephesiana, Pau-
 li & Ioannis ministerio plantata & rigata:
 Qualis etiam Africana, Hipponensis quam
 docuit Augustinus. Quid? annò expressis ver-
 bi monemur futurum *vt calcetur à Genibus*
vrbs sancta, & vt Ecclesia Dei ab Antichristi
 persecutionibus *in desertis persugium querat?*
 Sic enim vel ab ipsa Glossa communi expli-
 catur. Qua ratione Hilarius aduersus Auxen-
 tium affirmat potiùs in cauernis delitescere
 Ecclesiam, quàm in primariis sedibus emine-
 re. Certè quidem, Ecclesia est ciuitas, hoc est,
 ciuium vnitas, quæ Christo paret æquissimo
 moderatori. Ciuitas autem ab vrbe differt,
 quodd hæc mœnibus, altera populi ex legum
 vinculo vnione constet. Quamobrem ciuitas
 Romana cum exule Camillo Veiis erat, quo
 tempore vrbe Roma hostes potiebantur. Sic
 enim Themistocles Athenas nauibus defer-
 ri dicebat: Quod & Romani Carthaginenses
 magno suo malo docuerunt, quos vrbe ciui-
 tatem suam transferre coegerunt. Ipsi deni-
 que Papæ, Ecclesiæ Romanæ sedem annos
 80. integros Auenionem detulerunt, quum
 ipsi etiam Roma abessent. Afferit quoque Cu-
 fanus Cardinalis, si Treuiros, vel ad alium
 quempiam locum ex communi cõsilio trãf-
 ferretur,

Apoc. 11. 2.

Apoc. 12. 6.

&c.

Glossa commu-
 nis in eisdem vers.

Plut. in

Them.

Dion. lib. 41.

App. in lib.

Flor. c. 49.

ferretur, fore ibi Romanam Ecclesiam. Adde quod huius argumenti ratio, ex æquo competit Græcis, Syriacis, Armeniacis, Æthiopicis, & eiusmodi Ecclesiis, quas falsorum dogmatum, eorumque multiplicium nomine damnat. Denique Hierusalem, si quæquam alia Ecclesia, hæc loci successione gloriari potuit, dicente Scriptura: *Hæc requies mea in seculum.* Item, *Elegi & sanctificaui domum hanc, ut sit nomen meum ibi usque in seculum.* Eaque de causa prophetarum reprehensionibus sacerdotes oppositas has voces ingeminabant, *Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini.* Quid ad hæc Dominus? *Nolite fidere verbis mendacibus, dicendo, Templum Domini, &c. Sed emendando emendate vias vestras, ac studia vestra, &c. Nam spelunca nebulonum farinosorum facta est domus ista, que nomine meo appellatur, &c. Sed ne quæso ad locum meum qui est in Silo, ubi collocaueram nomen meum antea, & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei Israël, &c. Faciam domui super quam invocatum est nomen meum in quam vos speratis, & loco huic quem dedi vobis & patribus vestris, quemadmodum ipsi Silo feci.* Idem imminet Ecclesie Christiane, ait Hieronymus. *Sicut enim Silo Templi exemplum est, ita Templum nobis, quando tempus aduenerit illius testimonij, Putas veniens Filius hominis inueniet fidem in terra?* Sic apud Isaiam hæc ciuitas quæ prius vocabatur *Ciuitas fidelis*, vocatur *meretrix, adultera*, immo & *Sodoma*. Eodem refertur quod

Psal. 132.

2. Chro. 7.

Ierem. 7.

L. 2. in Hier.

c. 7.

Esa. i.

In c. 1. Esaiæ. ait Basiliius, *Ecclesia*, inquit, *ab illis subinducta* qui puritatem Sacramentorū contaminant, & dogmata impietatis desseminant ad extremam animarum perniciem & corruptelam. De tali Ecclesia meruō dici potest hoc: Quomodo facta est meretrix, fidelis ciuitas Sion? Et de Hierusalem cui dictum fuerat, *Vinea mea dilecta*, quam sepius, elapidauī & adeo sollicitē conserui, de ea, inquam, postea dictum est, *Reddam eam vastam, exorietur in ea sentis & spina, nubibus quoque interdiciam quominus pluiam in eam depluant.* De qua dictum fuerat, *Hierusalem est tentorium quod nō transferetur a liō, cuius clauī in perpetuum loco non mouebuntur, cuius funes uniuersi nunquam euellentur: de eadem dicitur, Propter abominationes suas transportandam esse Babylonem quōd pernicissimi fuerit exempli gentibus inter quas eam Deus collocarat.* Tandē minatur hoc ei Dominus, *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: non amplius dicit mea, sed uestra, quod expresse notat Theophylactus in hunc locum.* Illud ipsum dixerunt Patres. Irenæus ait, *His qui in Ecclesia sunt Presbyteris obaudire oportet: his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione, & charisma ueritatis certum acceperunt, &c.* Item, *His qui Apostolorum doctrinam custodiunt & sermonem sanum, &c.* Nazianzenus: *In pietate potius quam in sede existimanda successio. Nam qui eandem fidei doctrinā profitetur, eiusdem quoque throni particeps est: qui contrariam, aduersus quoque in throno censeri debet.*

Esa. 33. 20.
Ezech. 5. 5 &
seq.

Lib. 4. ca. 43.

cap. 44

In laudem
Athanasii.

bet. Successio fidei, ἡ ἐξ ἁδοχὴν τῆ πίστεως, proprie
 successio existimanda est, ἡ ἐκ τῆς αἰτίας ἐξ ἁδοχῆς
 ἐπιδοσπονος, τὸ ἅ ἀντὶ τοῦ οὐνοῦ, ἔ ἀντὶ τοῦ οὐνοῦ. Et hac qui-
 dem nomen habet, ac illa rem ipsam & veritatem,
 &c. Chrysostomus: Hierusalem hinc semper Ec-
 clesiam intellige: cuius fundamenta posita sunt su-
 per montes Scripturarum. Sicut ergo illi Iudaei qui
 fuerant Hierusalem spiritalis, ingressi credide-
 runt in Christum. Illi autem qui erant Hierusalem
 corporalis, manentes in corporali Iudaismo, per-
 sequebantur Iudaeos spirituales. i. Apostolos, &c.
 Sic & de ista noua Hierusalem. i. de Ecclesia, qui
 spirituales Christiani fuerunt, relicta corporali
 Ecclesia, quam perfidi occupauerant violenta, ex-
 ierunt ab illis: Magis autem exierunt à nobis,
 sicut Iohannes exponit. Non enim ille de Eccle-
 sia exire videtur, qui corporaliter exit, sed qui spi-
 ritualiter veritatis Ecclesiastica fundamenta re-
 linquit. Nos ab illis eximus, corpore: illi à
 nobis animo: Nos ab illis loco: illi à nobis fide: Nos
 apud illos relinquimus fundamēta parietū: illi a-
 pud nos Scripturarū: Nos ab illis egressi sumus, se-
 cundum aspectum hominum, illi à nobis secundū
 iudicium Dei. Hieronym. Ecclesia non in pa-
 rietibus consistit, sed in dogmatum veritate Ec-
 clesia ibi est, ubi fides vera est. Caterum ante an-
 nos quindecim aut viginti, parietes omnes hinc
 Ecclesiarum heretici possidebant, omnes has Ec-
 clesias. Ecclesia autem vera ibi erat ubi fides e-
 rat, &c. Idē, Non est facile in loco Petri & Pau-
 li stare & tenere Catholicam regnantū cum Chri-
 sto. Quia hinc dicitur, Non Sanctorum filij sunt

In oper. im-
 perf. in Mat.
 c. 23. hō. 46.

In Ps. 133.

D. 40.

- qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera
 eorum, Chrysoſtomus item dicit, *Cathedra non
 facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram: Non
 locus sanctificat hominem, sed homo locum, &c.*
*Qui bene ſedei ſuper Cathedram, honorem acci-
 pit ab illa: qui malè, iniuriã facit cathedra, &c.*
 Is verò bene vel malè infidet cathedræ qui
 bene vel malè docet, quemadmodũ de Pha-
 riſæis ait Auguſtinus, *Sedendo ſuper Cathedrã
 Moſis, Legem Dei dõcent. Ergo per illos etiam
 mercenarios Deus docet. Sua verò illi ſi velint
 docere, nolite audire, nolite facere. Ceriè enim ta-
 les ſua querunt, non quæ Ieſu Chriſti, &c.* Ideo-
 que dictum eſt Phariſæis ab utentibus Cathed-
 ræ illius prærogatiua, *Ecce relinquitur vobis
 domus veſtra deſerta.* Sic verò exponit Theo-
 phylactus, *Adeo odi nequitiam veſtram, ut Tẽ-
 plum meum nolim appellare domum meam, ſed
 domum veſtram, ſpeluncam laironum, &c.* Ex
 quo illud polluiſtis. Et polluitis, ait Origenes, ſcor-
 rationibus, & falſis doctrinis. Sic enim ille, *E-
 dificauit, inquit, in omni vita Hieruſalem lupa-
 narium, &c.* Noua doctrina, fornicationes ſunt
 Hieruſalem, &c. Eadem imminere dicta ſunt
 Chriſtiana Eccleſiæ, ſi & illa abuſa fuiſſet do-
 ctrina, maximè verò ſub Antichriſto. Nam,
 ut ait Thomas, *Hæretici erunt præcuſſores An-
 tichriſti, quum ipſe ante dilatauerit poteſtatem:
 prædicabunt quidem fideles, ſed in ſpeluncis &
 laicis. Ipſe verò Gerſon hoc præſagiens tẽ-
 pus exclamat, dicens, Ad quæ omnia V e ſubij-
 cetur horrenda conclusio. Ecce relinquitur vobis
 domus*

In Matt. c. 23.

In Ioã. tract.
46.

Matth. 23:38.

In Luc. c. 13:
v. penult.In Ioan. cap.
9.
To. 2. in ſer.
de Cena Do-
mini pro hu-
militate nu.
40. lit. D.

domus vestra deserta. Domus hæc domus erat Synagoga, cui succedit domus Ecclesiæ quam iam pene desertioni vicinã intuemur, vt olim Synagogam. Auertat hoc pius Ecclesiæ sponsus: Auertet autẽ si fuerimus pœnitentes, si nos benignè fuerit intuius, &c. Quod verò de loco quantum ad Ecclesiam Catholicam visibilem dictum est, quantò magis particularibus, quantò magis Romanæ competit Ecclesiæ? Age verò, si templum suum Dominus abiecit, sacerdotum prauitate adductus, quum vel vnicum toto mundo extaret: an obsecro in Romana Ecclesia, aut quouis alio loco defixi hærare debemus, hoc præsertim tempore, quo sunt ex æquo templum Domini omnes vniuersi orbis plagæ?

Nec minus est friuola personata illa (quam *Personarum* vocant) personarum successio. *successio.* Qualibet Republica perpetuam habet magistratum ferriem, vel hæreditario iure, vel delectu. Si tamen de reformando ex legibus publico statu agatur, nemo erit (opinor) qui sic ineptiat, vt huiusmodi argumentis vtatur, Magistratum vel maioribus vel aliis succedens gero: Non est igitur quòd mihi Reipublicæ reformandæ cura incumbat. Neronem tyrannide insignem fuisse quis neget, Augusto licet progenitum? Quis Commodum M. Aurelio patre factum boni principis laudibus exornet? Nec magis est controuersum, Manasse regem, ruptis iustitiæ & pietatis repagulis, Ecclesiam polluisse, præstantissimi licet illius Ezechia:

Zabarel.
tract. de re-
gim. princ.
Bal. de schif.
Alij tyranni
sine titulo, alij
sunt exercitio,
Sic loquitur
Bart.

filium: Iosias autem huius Manasse nepos, collapsas leges & Ecclesiam restituit. Iam verò ipsi Iureconsulti, qui tyrannorum genera duo constituunt, eorum videlicet qui sine titulo, & eorum qui vsu ipso & munere exercendo sint tyranni, id est, quorum est iniusta vsurpatio, vel quorum est iniusta gubernatio, iidem quoque paparum tyrannidem in duas species distribuunt, hos enim *Intrusos* vocant, qui sese contra legum disciplinam obtrudant, illos verò *Abutentes*, qui auctoritate abutantur. Atque ita suo iudicio palam faciunt, idem imminere periculum ab eorum qui Ecclesie præsunt, quam eorum qui Magistratus in Republica gerunt, successione. Ecclesia in primis Iudaica suorum pastorum successione gloriari poterat: Sacerdotium enim in Aaronis familiam erat collatum, cui patribus filij succederent, vt aliis sacrificare nefas esset: iusque illud quo fruerebantur in perpetuum, Dei promissione nitebatur. Quo fiebat, vt Propheta, si quando illos ad resipiscen-
tiam hortarentur, his vocibus exciperet: *Lex non peribit à Sacerdote, & consilium à sapiente, & verbum à Propheta.* Hec illi. Verum quid spiritus Dei respondeat audiamus: *Quomodo dicetis, sapientes sumus, & Lex Iehouæ est nobiscum? verè ecce in vanum adaptauit stylum suum scriptor, frustra scripserunt scribae, pudore affecti sunt sapientes, perterriti sunt & capti sunt: Ecce verbum Iehouæ reprobauerunt, & sapientia quid ad ipsos? Item, Prophetae vaticinantur falsò, & sacerdotes*

Iere. 18. 18.

Ier. 5. 31.

cerdotes applaudunt illis manibus suis à Prophe- Ier. 23. 15.
 tis Hierusalem egressa est pollutio super omnē ter- Ezech. 7. 26.
 ram, lex peribit à Sacerdote, atque consilium à In Ezech. c.
 senioribus, &c. Quod Hieronymus ad Ec- 7. lib. 2.
 clesiam refert Christianam, cū ait, Hæc au-
 tem non solum eo tempore quando Babylonius cō-
 tra Hierusalem veniebat exercitus, à Prophetis,
 Sacerdotibus & Senioribus requirebantur: sed
 quotidie in Ecclesiis requiruntur, quæ si visionem,
 legem, consiliūque perdidierint, frustra Prophe-
 tas, Sacerdotes, & Seniores habere se iactant. Et
 Glossa ordinaria, Et illi, inquit, malè arguebāt, In Ier. 18. v.
 quia sicut Dominus dat sua beneficia perseveran- 18.
 tibus in bono, ita etiam subtrahit obstinatis in
 malo. Hunc verò locum iterum Glossa præsu-
 libus Ecclesiæ Christianæ accommodat. Sic
 dum illi apud Christum gloriantur se Abra-
 hami sanguine fatos, Scio, inquit, vos esse semē
 Abrahæ: Atqui Diabolus est pater vester. Sic & Ioan. 8. 44.
 Iehoua filis Israël, Pater tuus Amorrhæus, & Ezech. 16. 3.
 mater tua Hubea. Quod si quis requirat egre-
 gium sapientiæ illius hæreditariæ, & succes-
 sioni addictæ facinus, illa ipsa est quæ Christū
 crucis maledictioni adiudicavit, oblatamque
 salutem cōculcavit: quemadmodum & eadē,
 sed personata tantū, Antichristum adorās,
 exitiū ipsum hospitio excipit. Ad hæc suc-
 cessionis istius propugnatores interrogare mi-
 hi liceat, ecquid Samofatenis, Nestorianis,
 Arrianis responsuri fuissent, qui propagatam
 à primis vsque episcopis originem profere-
 bant, ac nominatim Nestorio & Samofateno,

qui legitima vocatione, patriarchatus sedem, ille Constantinopolitanam, hic Antiochenam adepti erant? Liceat iterum querere, quid excipiant Græcis & Orientalibus Ecclesiis successione gloriâtibus: quid item Anglicis, Danicis, Sueuicis, Germanicis, reformatis Ecclesiis, penes quos est ius illud successionis episcoporum in Episcopos & pastorum in pastores? Si primatum papisticum requiri velint, illud pernegamus, & aliud spectat hæc disputatio. Si successionem simplicem, causa cadunt. Si doctrinam, ergo huc res redit, ut personarum successio absque doctrinæ successione nullius iam momenti habeatur. Id ipsum afferunt Patres. Ireneus, *Ab omnibus ab-*
sistendum, qui abstant à principali successione,
nempe à doctrina Apostolorum, &c. Tertullianus, *Quid ergo, si Episcopus, si Diaconus, si vi-*
dua, si virgo, si Doctor, si etiam Martyr, lapsus
à Regula, nempe fidei fuerit, idè hereses videbun-
tur veritatem obtinere? Ex personis probamus fi-
dem, an ex fide personas? Nazianzenus, *Suc-*
cessio sedis est nomine tenus, Successio fidei habet
rem ipsam & veritatem. Basiliius, *De ea Eccle-*
sia quæ contaminat Sacramentorum puritatem, &
dogmata impietatis disseminat, potest meritiò dici,
Quomodo facta est meretrix, Civitas fidelis? &c.
 Agit verò de sui temporis Ecclesiis. Ambrosius, *Non habent Petri hereditatē qui fidem Pe-*
tri non habent. Hieronymus, *Possumus hæc de*
Ecclesia Principibus intelligere, qui dignè non re-
gunt oves Domini, quod illis abiectis atque dam-
natis,

Patres.

l. 4. c.

43. & 44.

de præscr. c. 3.

de laudibus

Arhanasii.

In c. 1. Isa.

lib. 1. de pœ.

c. 6.

In Ierem.

ca. 23.

natis, saluetur populus, aliis traditus qui digni
 exiierint. Augustinus in Iohannem hæc ex-
 plicans verba, Num quis ex primoribus cre-
 didit in eum? *Qui non nouerant legem* (popu-
 lus nempe ex Pharisaorum sententia) *crede-
 bant in eum qui miserat legem; & eum qui mise-
 rat legem contenebat illi qui docebat legem, ut im-
 pleretur quod dixerat ipse Dominus, Ego veni ut
 non videntes videant.* Bernardus ite, de sui tem-
 poris Præfulibus agēs: *Heu heu! Domine Deus,
 isti sunt in persecuione primi qui videntur in Ec-
 clesia tua Primatum gerere.* Idem, *Parum est no-
 stris vigilibus, quod non seruant nos, nisi & per-
 dat.* Hinc fit vt Lyranus affirmet *Multos Pō-
 rifices apostatasse: & Gerson passim: Papa deuia-
 bilis à fide potest fieri hæreticus.* Et re ipsa defece-
 rūt à fide Liberius, Honofius, Anastasius, Mar-
 cellinus, Ioannes 22. aded vt in insignes hære-
 ses inciderint, vt suo loco docebimus.

In conuer-
 S. Paul. ser. 1.

In Mat. c. 16.
 In tract. de
 auferibilitate
 te Papæ &
 passim,

Sed enim obiiciūt, veteres ferè scriptores
 hoc argumento vsos fuisse: quod equidem nō
 inficiamus. Verū si quis attendat, nullo ne-
 gocio agno scet, vel illud aduersus hæreticos,
 qui scripturis auctoritatem denegarent, vsur-
 passe: vel ita, vt semper doctrinæ successionē
 coniungerent. Augustinus hoc telo Mani-
 cheos petit. Atqui magnam Scripture partem
 repudiabant, ac nominatim Acta Apostolo-
 rum, ne Spiritus sancti missionem cogerētur
 admittere, cuius loco suum Manicheum sub-
 stituerent. Idem quoque profert miracula,
 antiquitatem, &c. Verū continud subiicit,

Aug. contra
epi. Funda. c.

4.
Item contra
Fetil. c. 16.

Apud vos, ubi nihil horum est, sola personat veritatis pollicitatio, quae quidem si tam manifesta monstratur, ut in dubium venire non possit, proponenda est illis omnibus rebus quibus in Catholica teneor. Sic differimus cum iis, quibus Scripturae non sapiunt: rationibus nimirum probabilibus, & profanorum librorum auctoritate, ex quibus tamen regulis absit ut veritatem metiamur. Aduersus Donatistas, Arianos, Pelagianos, aliosque, qui scripturas admittebant, scripturis pugnat. Quum verò pugnandum fuit aduersus schismaticos, qui manifestè hæreseos conuinci non poterant, quique iisdem cum Orthodoxis Symbolis, Sacramentis, & ordine Ecclesiastico utebantur, tū maior fuit difficultas. In eorum numero recensentur ab Optato Donatistæ: Erat enim potius quæstio facti quàm iuris, quis nèpe prior charitati defuisset, communionem violasset, aditum denique fecisset schismati; quod propriè Scripturis decidi non poterat. Illa igitur fuit vera causa cur Optatus & Augustinus ad successionem & Cathedram prouocauerint: sed ita tamen ut pro certissimis Ecclesiæ notis Fidè, Charitatem, & tum in doctrina, tum in Sacramentis puritatem protulerint. Hoc tamen parum processit: Donatistæ enim itidem percontantur, vndenam ipsi originem ducant: se enim ab eadem Cathedra, ab eodem fonte profluxisse, à Petro nempe, siue Cypriano, & ad Maiorinum vsque progressi ad Cæcilianū vsque

Optat. lib. 2.
& 3.
Aug. in quæ.
Vet. & Noui
Test. c. 110.

vsque procedere cupiunt. Intentabant huic crimé traditorum sacrorum Codicum. Ideoque assererant, nõ fuisse eum ad dignitatem Episcopalem euehendum, nec ipsi alios Episcopos ordinandi potestatem dandam. Augustinus igitur vt hæc Sophismata elideret, in collatione Carthaginensi dum ab aduersariis vrgeretur, proferret ipse à quoniam fuisset ordinatus, hoc dedit responsum: Rogatis quod caput, quem patrem, quem authorem agnoscam. Hoc non est huius nostræ quæstionis. Christum agnosco, de quo Apostolus, Omnia vestra sunt & vos Christi. Concludit denique ipse omnesq; alij qui ab eius partibus stabat in hac disputatione Episcopi, non quæstioné agitari de ordinatione ad Episcopatum, aut de successione, nec enim hæc ad veritatis causam facere. Controuersiam enim motam quæ decidenda sit, de Ecclesia nempe quæ per vniuersum orbem diffusa est. Atque hæc ipsa sunt quæ in hoc conuentu ex Scripturis disputantur. Hinc fit vt pluribus aliis in locis Successioni renunciaret. Vtrum ipsi, inquit, Ecclesiam teneant, non nisi diuinarum Scripturarum Canonicis libris ostendant. Quia nec nos propterea dicimus nobis credi oportere, quodd in Ecclesia Christi sumus: quia ipsam quam tenemus commendant Mileuitanus Optatus, vel Mediolanensis Ambrosius, vel innumerabiles nostræ communionis Episcopi, aut quia nostrorum collegarum Conciliis prædicata est, &c. An verò apud vos sit necne

In collat.
Carth. 3. art.
229. vsque ad
160.

De vnit. Ecc.
c. 16.

videamus ex Scripturis. Ideoque alibi Augustinus quodam loco, post alia multa profert 39. Episcoporum Romanorum catalogum, sed addita clausula, *In tota (inquit) hac serie nullus extitit Donatista*, id est, hæc vestra doctrina adhuc ignota fuit. Irenæus ait, eos non esse veros sacerdotes, qui videntur, sed qui doctrinam Apostolorum seruant. Tertulianus sui temporis hæreticos vrget, qui scripturas vt plurimum improbabant, vt maiores suos Apostolos vel discipulos Apostolorum proferant: sed consanguinitatem, vt ipse loquitur, doctrinæ continuè requirit, quam successioni cuiuslibet præfert. Nempe postulat, vt non ipsi tantum sint Apostolorum filij, sed eorum quoque doctrina doctrinæ Apostolicæ filia. Petro successit, inquit ille, Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, &c. vsque ad Athanasium. In hoc ordine successionis nullus Donatista Episcopus inuenitur. Sic igitur eos compellat, *Edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, aut ex Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerit authore, & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesie Apostolica census suos deferunt: sicut Smyræorum Ecclesia habens Polycarpum à Ioanne conlocatum refert: sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit.* (Notandum tamen Smyrnam postea descivisse & in hæresin & infidelitatem incidisse) *pro-*
inde

Aug. epi. 156.

Iren. lib. 4. c. 44.

Tert. de præscript. aduer. hæret.

inde viique & cetera exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habeant. Constringant tale quid heretici: quid enim illis post blasphemiam illicitum est? Sed et si cōfinxerint, nihil promouebunt, quum doctrina eorum cum Apostolica comparata ex diuersitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque Apostoli alicuius authoris esse neque Apostolici, &c. Ad hanc itaque formam prouocabuntur ab illis Ecclesiis, quæ licet nullum ex Apostolis, vel Apostolicis authorem suum proferant, ut multo posteriores, quæ denique quotidie instituuntur: tamen in eadem fide conspirantes, non minus Apostolica deputantur pro consanguinitate doctrinæ. Consanguinitate igitur à qua procedit vera illa inter ipsas Ecclesias cognatio: qua fit, ut illæ quæ authorem non habeât Apostolorum aliquem præferendæ sint iis quæ se ab eorum aliquo fundatas gloriantur, si modò præcellant doctrinæ puritate. In eundem sensum Chrysostomus, *Non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: Non locus sanctificat hominem, sed homo locum.* Hieronymus quoque, *Non sanctorum (inquit) filij sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.* Denique nullum reperies qui in alium sensum hac de re loquatur. Et sanè ius quod quis non habet quum in successorem conferre non possit, & Paulus anathema denuntiet Apostolis atque adedò Angelis ipsis, qui aliud à suo Euangelium doceant: necessariò efficitur, Apostolorum succes-

Ex distinct.
40. in decr.

In epist. ad
Heliod.

fores esse reiiciendos, qui aliam doceant doctrinam quàm Apostolicam? Ergo nullo loco haberi debet siue personarum siue locorum successio, nisi etiam adsit successio doctrinæ, quam veram esse diximus & indubitatam Ecclesiæ notam.

Miracula.

Quod ad miracula attinet, si de iis agitur, quæ aut lege per Mosem promulgata, aut confirmando Euangelio fuerunt edita, tum à Christo, tum ab Apostolis, certum est, ex æquo causam iuuare Samaritanorum & Iudæorum, Hæreticorum æquè ac Orthodoxorum, nec minus ecclesiarum quæ sunt impuræ, quàm quæ puræ sunt & habentur: quoniam Samaritanis & Iudæis hic scopus est, vt verum esse Deum probent, qui legis fuit auctor: aliis verus Messias lege promissus, quem vtrique admittunt, & se colere profitentur. Itaque argumentum est vtrisque commune. Alia quæ obijciunt miracula, iis præsertim locis quæ Antichristum premere tyrannide defendimus: si re ipsa sunt falsa & ficta, mendacij testimonia esse dicimus: Quòd si quædam verè gesta extant, non statim idcirco veritati testimonium perhibere admittimus. Ethnici in prophanis idolorum suorum fanis diabolica miracula habuerunt: & ea quidem effectu ipso vera, vt ex historiis patet. Simo Magus eo nomine Christum se voluit agnosci. Apollonius Tyaneus & Apuleius Madaurensis miraculis quoque insignes fuerunt. Fieri quidè potuit vt plurimùm, vt stultorum mentes meris illusionibus fascinarint

Aug. de civi.
Dei. l. 8. c. 21.

Tit. Linius
multis locis.

narint Dæmones, qui sensibus externis, vt ait Augustinus, tanquam organis ad fallendum aptissimis vterentur. Sic enim ille, *In miraculis nihil aptius est populis & omnino stultis hominibus, quàm id quod oculis admouetur.* Sed Deus ipse inter Samaritanos feruescēte idololatria multa & maxima edidit: qualia fuerunt, quum Assyrios leonibus deglutiendos tradidit, vt contemptum inter hostes vindicaret: non autem vt erroribus & fictitiis cultibus auctoritatem conciliaret. Quæ proximè Christi aduentum sequutæ sunt hæreses, suis etiam miraculis non caruerunt, vt nominis sui gloriam quibusuis gētibus patefaceret. Hinc fit vt Iustinus Martyr quærat, *Si Deus ad astruendum verum esse Orthodoxorum cultum, miraculorum edendorum gratiam Ecclesiis eorum ab initio donauit, quid ita cum heretici qui Deum coluere ab Orthodoxis deficerent, non etiam vnà diuina defecerunt dona, sed erroneus quidē cultus in Ecclesiis irrupit. Quæ autem ad incrementum Orthodoxiæ à Deo concessa sunt munera, sub hereticis eandem vim habuere, & efficaciam?* Nec cuiquam mirum videri debet, si à superstitiosis etiam in regionibus illis non ita pridem nostris hominibus cognitis nõnulla edatur. Hęc igitur omnia non magis sunt puræ Ecclesiæ tessera, quàm vel Samaritani, vel primis illis temporibus heretici puras Ecclesias constituebant. Hoc ipsum est quod respondet Augustinus Donatistis qui doctrinam suam probare miraculis nitebantur. Sic enim ille, *Re-*

Aug. l. de vii
lit. cred. c. 16.

2. Reg. 17. 24.

Patres.

motis omnibus talibus, Ecclesiam suam Donati-
 sta demonstrent, si possint, non in sermonibus & ru-
 moribus Afrorum; non in Conciliis Episcoporum
 suorum, &c. non in signis & prodigiis fallacibus:
 quia etiam cōtra ea Verbo Domini preparati &
 cauti redditi sumus, sed in Legis præsripto, in
 Prophetarum prædictis, &c. Remoueantur ista,
 vel figmenta mendacium hominum, vel portenta
 fallacium spirituum. Aut enim vera non sunt quæ
 dicuntur, aut si hereticorū aliqua mira facta sunt,
 magis cauere debemus, quod quum dixisset Do-
 minus quosdam futuros fallaces, qui nonnulla si-
 gna faciendo, etiam electos si fieri posset, fallerent:
 adiecit vehementer cōmendans, & ait, Ecce præ-
 dixi vobis. Vnde & Apostolus admonens, Spi-
 ritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis tē-
 poribus recedent quidam à fide, intendentes spi-
 ritibus seductoibus, & doctrinæ demonum, &c.
 Audiant etiam quæ narrent Pagani de Diis &
 Templis suis mirabiliter vel facta, vel visa, &c.
 Nonne legimus ab ipso Domino Deo exauditos
 nonnullos in excelsis montium Iudææ; quæ tamen
 excelsa ita displicebant Deo, ut reges qui ea non
 euerterent, culparentur, & qui euerterent lauda-
 rentur? &c. Exaudiuntur ergo multi & multis mo-
 dis, non solum Christiani Catholici, sed & Paga-
 ni, & Iudæi, & heretici variis erroribus & super-
 stitionibus dediti, &c. Item, Sed virum ipsi Ec-
 clesiam teneant, non nisi diuinarum Scripturarum
 Canonicis literis ostendant: Quia nec nos propter
 ea dicimus nobis credi oportere, quod in Ecclesia
 Christi sumus, quia ipsam quam tenemus cōmen-
 dauit

davit *Melchitanus Optatus, aut Mediolanensis Ambrosius, &c.* aut quia per totum orbem in locis sanctis quæ nostra frequentat *Communio, tâta mirabilia vel exauditionum, vel sanitatum fiunt, &c.* Quacunque talia in *Catholica fiunt: non ideo ipsa manifestatur Catholica, quia hæc in ea fiunt. Ipse Dominus Iesus quum resurrexisset à mortuis, & discipulorũ oculis videndũ, manibusque tangendũ corpus suum offerret; ne quid tamẽ fallaciæ se pati arbirarentur, magis eos testimoniis Legis & Psalmorum, & Prophetarum confirmandos esse iudicavit, ostendens ea de se impleta, quæ fuerant tanto ante tempore prædicta, &c.*

Porro Dominus ipse non dissimulat se gehennæ adiudicaturum eos qui miracula in nomine suo ediderint. Non est igitur donum eos qui edunt sanctificans, quod aduersarij contendunt. Admonet idem, venturos pseudo-
Mat. 7.

christos cum miraculis, qui electos ipsos, se fieri
Matt. 24.

possent, seducant. Et Paulus, Filium perditionis vè
2. Theff. 2.

turum prædicit ex efficacia Satanae cum omnipotentia, signis & prodigiis mendacij. Ergo inter spiritus dona censerì non debet quæ sanctificant & purificant Ecclesiam. Iam verò miracula non sunt ipso effectu falsa, sed sine, quia in falsitatis & Antichristianæ sedis confirmationem spectant. Quòd si miracula puritatem Ecclesiae & veritatis doctrinã necessariò probant, vicerit Antichristus. Sin minus, tantum abest vt miracula in Papatu edita vel enantiata ad puritatem euincendam valeãt, vt quum nulla alia quàm Antichristi ante Domini ad-

uentum prædicta fuerint, meritò nobis suspitionem iniicere debeant, Romanam cathedram, prodigiosam illam esse Antichristi sedem, quæ nobis fuerit multo antè tempore prædicta. In istis igitur salebris Christum magistrum Christianos omnes cum ipsis discipulis erudientem cum Augustino audiamus. Miracula nondum natus ediderat. Nullus autem hic erat error locus: nemo enim natiuitati suæ præest. Infinita: dum in viuis esset, omnium oculis spectanda proposuerat. Affixum deinde cruci, mortuum & sepultum, paulò post secum edentem & bibentem conspexerant Apostoli. Carmina autem omnia & fascini cum famosis illis magis perierunt, sex quibus ne vnus quidem vnquam resurrexit. Discedente igitur Christo sic suos affari potuit: Insignia me auctore miracula vidistis: Nihil igitur dubium est, quin ego ille sim Christus vobis promissus. Atqui relegat eos potius ad Mosera, Prophetas, Psalmos, denique ad Scripturas sacras, &c. Cum his cõsentiunt quæ sunt perpetuè à Patribus dicta. Sic igitur Iustinus Martyr, *Si in Ecclesiis heretici virtutes & mira edunt, veluti morborum sanationes, impurorum demoniorum expulsiones, fructuum terra proueniens, & olei scaturigines, quomodo non necesse est per hoc illos in errore confirmari? Resp. Sicut id quod Sol oritur super bonos & malos, & quod pluit super iustos & iniustos, non è fit ut mali & iniusti in malitia stabiliantur, sed ut via ad iustitiam supplicium præparetur. Ita hoc ad hereticos*

In quest. qu.
5. & qu. 100.

in er-

in errore confirmandos nō fit, &c. Nam virtutum, id est miraculorum representatio, &c. si probatio & iudicium esset vera religionis, minimè Dominus eos reprobasset, &c. dicens, Nunquam novis vos, &c. Tum tamen temporis donum

Miraculorum adhuc vigeat in Ecclesia, ut ipse testatur: & Irenæus eius coætaneus, qui L. 2. c. 37.

tamen sui temporis hæreticos non adigit ad probationem ex Miraculis, sed ex Scripturis:

Quod si eas non recipiant, ad doctrinæ successionem. Immo & qui eos præcessit Ignacius

Epist. 9. ad Antioch.

expressis verbis ait, Quicumque negaverit crucem Christi, aut is quem eius puduerit (loquitur autem de hæreticis qui fictitiam fuisse Christi

passionē asseriebant) etiam si $\Psi\omega\mu\iota\sigma\eta$ distribuat

in escam, omnem substantiam pauperibus, etiam si montes transferat, &c. Tertullianus. Dicent,

De præscr. c.

ait, qui heresi adhererint & adiciet præterea multa de autoritate cuiuscūque Doctoris hæretici, illos

44.

maximè doctrina sua fidem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformasse, futura significasse, ut merito Apostoli crederentur: Quasi nec

hoc scriptum sit, Venturos multos, qui etiam virtutes maximas ederent, ad fallaciam muniendam

corruptæ prædicationis, &c. Idem alio loco ait,

Contra Marcionē l. 3. c. 3.

Marcionē alloquens, Non fuit, inquis o Marcion, ordo ille necessarius, quia statim se & filium

& missum, & Dei Christum rebus ipsis esset probaturus, per documenta virtutum. At ego negabo

solum hanc illi speciem ad testimonium competuisse, quam & ipse postmodum exauctoravit. Siquidē edicens multos venturos, signa facturos, & vir-

tutes magnas edituros, auersionem etiam electorū:
 nec ideo tamen admittendos, temerariam signorum
 & uirtutum fidem ostendit, ut etiam apud
 Pseudochristos facillimam. Hieronymus, Si mul-
 In epist. ad Gal. c. 3. ostēditur, Galatas accepto post mortem Spiritus san-
 cti dona habuisse uirtutum. i. Prophetiam, lingua-
 rum donum, curationes, &c. & tamen à falsis do-
 ctoribus irrecitos esse. Obseruandum etiam quod
 uirtutes dicuntur operari in his qui non habent
 Euangelij ueritatem, sicut in illis, qui Dominum
 non sequentes, signa faciebant, &c. Hoc aduer-
 sum hereticos qui probationem fidei suae, ex eo se
 signum aliquod fecerint, arbitrantur, &c. qui in
 die iudicij audire merebuntur, Non noui uos, Di-
 In Ioā. tract. 13. scedite à me, &c. Augustinus, Nemo ergo uobis
 fabulas uendat. Et Pentius fecit miraculum, Et
 Donatus orauit, Et Deus respondu ei de caelo. Pri-
 mo, aut falluntur, aut fallunt: Postremo, fac illum
 montes transferre, charitatem autem non habeat,
 nihil sum, &c. Nam & contra istos, ut sic loquar,
 mirabiliarios cautum me facit Deus meus, di-
 cens, In nouissimis temporibus exurgenti Pseudo-
 propheta, &c. Et Manichæis ait, Scripturas tan-
 ta auctoritate firmatas, commendat asque respui-
 Contr. Faust. Manich. lib. 33. cap. 5. tis: miracula non facitis; quae si faceretis, etiam
 ipsa in uobis caueremus per instruentem nos Do-
 Matth. 24. minum: In nouissimis enim diebus surgent, &c.
 Usque adeo nihil credi uoluit aduersus confirma-
 tam Scripturarum auctoritatem, quae fidem suam
 in rebus ipsis probat. Et ab ipsis cauebimus, in-
 quit, Nam quū adueniet Antichristus, tūc solue-
 sur Satanās, & per illum Antichristum, in omni-
 bus

sua virtute, mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Quod solet ambigi, virū propterea dicta sint signa & prodigia mendacij, quia mortales sensus per phantasmata decepturus est, &c. An quia illa ipsa, etiamsi erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros, &c. Chry

Homil. 19. 7.

ostomus, Si bona est conuersatio eorum, & confessio vera: Si autem, aut confessio conuersationi non conuenerit, aut confessioni conuersatio, falsus est. Hæc verò confessio, vt prius dixerat, à Scri

Ad Thess. e. pist. 2. c. 2.

pturis pendet. Alioqui, vt ait alibi, facile decipientur qui tunc erunt quum adueniet Antichristus edēs miracula. Hæc prædixit, inquit, ne decipiantur qui tunc erunt, &c. In prodigijs falsis seu ad falsum inducentibus. Sed volens tum

In Matt. Homil. 49.

quis cognoscere quæ sit vera Ecclesia Christi, unde cognoscat in tanta confusione similitudinis, nisi tantummodo per Scripturas: &c. Nunc signorum operatio omnino leuata est: magis autem apud eos inuenitur qui falsi sunt Christiani fieri ficta, &c. Qui ad alia respexerint, scandalizabuntur, & peribunt, non intelligentes quæ sit vera Ecclesia, &c. Ideoque ait Theophylactus, Dans eis po-

In Luc. ca. 9.

testatem contra malignos spiritus, non eo contentus fuit, sed iussit eos Euangelium predicare, docens eum cui concredita est doctrina, & predicare, & miracula agere: Tunc enim predicatio per miracula confirmatur, miracula per predicationem. Multi enim multa miracula per demonia fecerunt, quorum predicatio vera non fuit, &c. Eodem tandem deueniunt & ipsi Scholastici,

1. p. q. ii. 4.

Thomas, Etiam si sint vera Antichristi miracu-

In tract. de
dist. verar. à
falsis.

la, ad mendacium tamen pertrahunt credituros.
Gerson itidem, Antichristi miracula nonnulli
vera ferè contendunt ad probationem electorum,
& reproborum subuersionem. Idem, Experti plu-
res loquuntur, & Gregorius X I. testis fuit ido-
neus, sed tardus nimis. Hic positus in extremis,
habens in manibus sacrum Christi corpus, prote-
status est coram omnibus, ut cauerent ab homini-
bus, siue viris siue mulieribus, sub specie religio-
nis loquentibus visiones. An capius, quia per ta-
les ipse seductus, dimisso suorum rationabili consi-
lio, se traxerat, & Ecclesiam ad discrimen schis-
matis, &c. Hic enim Papa, quum esset Auemo-
ne, per Catharinam de Senis inductus est, quali-
ter se Romam transferret, Cardinalibus, & cete-
ris dissuadentibus. Quò quum venisset, circa di-
midium annum obiit. Et tunc cœpit Schisma, quod
40. annos durauit.

Reuelationes
& visiones.

Deut. 13.

1. Ioan. 4.

De reuelationibus & visionibus, quæ spe-
cies sunt miraculorum, quid sentiendum sit,
paucis expedit scripturæ contextus. Sic enim
Dominus: *Si surrexerit in medio tui Propheta vel
somnia somnians, & dederit tibi signum vel por-
tentum, eueneritque signum & portentum quod lo-
quutus est tibi dicendo, Eamus post Deos alienos,
non obedies, &c.* Sunt igitur & Prophetiæ &
visiones ipso effectu veræ, sine verò falsæ, ubi
ad examen reuocantur de quo hoc capite, ne
pe ad doctrinam. Ioannes etiam monens ne
cuius spiritui credamus, addit, *Ex hoc co-
gnoscite Dei spiritum: quicumque spiritus confi-
setur Iesum Christum in carnem venisse, ex Deo
est.*

est. Vult igitur probari spiritus ex ea quam proponunt doctrina. Hoc vno verbo exprimit Paulus, dum ait, *Si nempe ea sit ex analogia seu proportione fidei.* Quin & Satil & Caiphas prophetarunt: Verum (ait Augustinus) ad eum modum quo Afina Balaami semel est loquuta: vera tamen dixisse potuerunt, quum & Satan mendacij fucandi causa veritatem nonnunquam vsurpet. Hoc ipsum est quod ex omnibus priscorum Patrum testimoniis supra citatis colligimus, in quibus Visiones cum Miraculis connectuntur. Iustinus Martyr, *Unde cognoscetur nostra miracula Gentilibus prestabiliora, quamuis vringue euentus respondeat?* R. *Ex fide & cultu veri Dei.* Tertullianus, *Heretici aduicent. Doctores suos futura pre-significasse.* Hieronymus inter dona quibus heretici abutuntur recenset *Virtutes, Prophetiam, donum linguarum, &c.* Augustinus etiam in eodem collocat gradu, *Si ille frater noster, aut illa soror nostra habuit somnium aut visionem.* Idem constituit *de dictis & visis.* Et Chrysostomus itidem. (Vna autem omnes consentiunt, illa esse examinanda doctrinam, doctrinam verò Scripturis:) *Siquis, ait, eorum qui dicuntur habere Spiritum sanctum dicat aliquid à seipso & non ex Euangelis, ne credite: si quis sequitur dicta Christi, Spiritum sanctum habet. Ex quo non legit hæc scripta, sed à seipso loquitur, manifestum est non habere Spiritum sanctum, &c.* Spiritus sanctus impleuit Euangelia, &c. Theodoretus explicans locum Deut. 13. *Per-*

Rom. 11. 6.

Aug. 1. 2. ad simpl. quest. 1.

Chrysof. in Mat. Homil. 19.

Patres.

q. 2.

In epist. ad Gal. c. 3.

De vnit. Ecc. c. 16.

L. de Spir. S.

In Deut. c. 13.

missu Dei Pseudoprophetae prodigiosa faciunt.
Instruimur autem non attendendum esse signis, quando is qui edit illa pietati contraria

Cap. 15. docet. Vincentius Lyrinentis significantioribus verbis: *Si surrexerit Propheta. i. Magister in Ecclesia constitutus.* Item, *Qui sunt Dei alieni, nisi errores extranei, id est noui & inauditi?*

Cap. 16. &c. Et, *Si quando Ecclesiasticus aliquis Magister, & ipse interpretandis Prophetarum mysteriis, propterea noui quiddam in Ecclesia Dei tētes inducere, ad tentationem id nostram fieri diuina*

Cap. 23. *prouidentia patitur.* Idem, *Nouerint Catholici se cum Ecclesia Doctores recipere, non cum Doctoribus Ecclesie fidē deserere.* Sic Origenes, *Magna fuit tentatio Ecclesie, dum ingenio suo indulget, & paruipendit antiquam Christiane Legis simplicitatem.* Sic & Tertullianus, &c. *De quibus Ecclesie Dei benè diceretur; Si surrexerit in*

Cap. 26. *medio tui, &c. Et, Depositorum, inquit, custodi.* Damnat eorum *vesaniam qui noua ac noua in diem querunt, semperque aliquid gestiunt religioni addere, mutare, detrahere, quasi non caeleste dogma sit, quod semel tenendum esse sufficiat, sed terrena institutio, quae aliter perfici, nisi assidua emendatione, immo potius reprehensione non possit.* Vtinam verò ab iis qui à mille annis, ab eo nempe tempore, quo hæc scriberet subsequuti

1. p. q. 68.

2. p. q. 172. at.
6.

sunt, fides ei esset adhibita! Thomas ait, *Prophetia non est gratia gratum faciens, sed gratia gratis data.* Idem, *Propheta demonum interdum vera predicunt, etiam ex inspiratione diuina.* Durandus, *Prophetia bonis & malis communis.*

Pirus,

Picus, Henricus ex Hassia Reuelationibus S. De prenot. 2.
 Brigide, & Catharina Senensis parum tribuit,
 quia illa virginem Mariam conceptam sine pec-
 cato originali dicebat; hæc contra ex Anton. in
 summa Gerson. Ideoque, ait, non cuò appro-
 banda visiones. Et, Reuelationes ab iis tantum
 credende quibus facta. Et vt discernantur: Pro-
 bantur, ait, per modum artis Spiritus: eruditio-
 nem habemus in Scripturis: Sunt enim in quibus
 putamus nos fidem habere, continentes artem fal-
 sos Prophetas à veris, & ab illusionibus reuelati-
 ones cognoscendi, &c. Aliàs superstitiones indu-
 cunt tales visiones in Christianismo. Item, In om-
 ni reuelatione sint oportet Moses & Elias, id est,
 secundum venerabilem Richardum, testimonia
 Legis & Prophetarum: Per totum alioqui suspe-
 eta est. Idem, Sacra Scriptura est officina, ubi cu-
 riosus regia moneta reconditur, quia si in aliquo
 vel minimo puncto denarius discrepet ab eo, pro-
 culdubio falsatus est, &c. Et eius reiectio est præ-
 paratio certissima ad Antichristi susceptionem.
 Alioqui, si examen non fiat ex Scripturis, ple-
 runque læsio est cerebri, aut congelatio, aut alia
 melancholia, &c. Et fanè quot sunt superstitio-
 nes in Ecclesia Romana, quæ nullo alio inni-
 tuntur fundamento, quàm abstrusis illis phā-
 tasmatis?

Hunc igitur locū ita cōcludamus: Hęc om-
 nia, de quibus diximus, non esse apodictica
 Orthodoxæ Ecclesiæ argumenta: Primūm
 quodd externa sunt notæ, non ex rei ipsius na-
 tura petitiæ: Secundò, quodd sunt & veritati &

De exami-
 doctr. conf. 3.
 In tract. quæ
 ver. credēde.
 De probatio-
 ne spirituu.

De probatio-
 ne spirituu.

In tract. de
 distin. & ve-
 rar. à fall.

De examinē
 doctr. conf.
 2.

mendacio communes: Ut autem vera sint nota, necesse est discrimen certum constituere; Tertio quod alio insuper examine & probatione indigent, doctrinae videlicet nota: Denique quum scriptura disertè doceat, Antichristum postremis temporibus venturum, qui longè maximam populi partem in errorem inducat, qui in templo Dei, id est, in Ecclesia media & eius quidè celeberrima parte sedeat, qui stupendis signis & prodigiis sit mirabilis: Longè diuersa ab illis ratione concludimus, antiquitatem, multitudinem, successionem, miracula hoc seculo potiùs esse Antichristianæ sedis & scorti illius indicia, quàm vel Christi, vel castæ ipsius sponsæ, cuius Christus hoc vnicum nobis Symbolum dedit: *Qui ex veritate est, vocem meam audit. Qui meus est discipulus, in sermone meo manet.*



SACRAM SCRIPTURAM LY-
dium esse lapidem, quò puritas doctrinae probatur, quæ nativa est purioris Ecclesie nota.

CAP. III.



IC aduersarij obiiciunt, doctrinam commune esse argumētum, quam suæ quisque parti attribuat, atque eam idcirco statui non posse pu-